

Liber beati Augu

stini De vita christiana.





Inc
436



Prologus

Incipit prologus beati Augustini
de vita Christiana.

Ego Augustinus primus peccator et ultimus:
 insipientiorque ceteris et imperitior vniuersis:
 te vt sanctitatis et iusticie viam pergas crebrioribus
 audeam litteris amonere. Ad hoc autem non me
 proprie iusticie fiducia: non sapientie peritia: non sciencie
 gloria: sed sola qua cepi scdm deum animo et mente: me car-
 itatis causa compellit. que me peccatorem pariter et igna-
 rum ad dicendum ita hortat et puocat: vt cum loqui nesciam
 tacere non possim. Uelle itaque et libere optare te eo-
 rum habere notitiam: quorum et sapientia affluenter est et
 facundia maior: et sciencia vberior: et persciencia ab omni
 peccatorum contagione liberior: que suis te et verbis iuste
 instrueret et exemplis. Nos enim propter que committunt nostram
 ita insipientie et ignorantie caligo cecauit vt diuinum ali-
 quod nequeat sentire vel dicere. Adhuc insuper et onus
 redarguit perscientiam peccatorum: vt etiam si quod luminis possit
 habere abscondat. ita fit vt propter que quod dicere non habe-
 mus: hoc etiam quod habemus non fiducialiter proferre: con-
 sciencia prohibente possimus. Tu tamen donec peritior tibi
 apparere possit et melior rudibus amonitionibus nostris
 interim esto preterita et caritati da veniam: cuius est perse-
 rare non quid offerat: nec quod non habet querit. sed totum
 quod habet libere impartit. ad cuius non tam muneris

Prologus

speciē q̄ animi respice volūtate z diligēter aduerte
quid tibi illa negare poterit : q̄ totū dare voluit qd̄
habebat: obtulisset etiā quod nō habebat si posset:
que totū qd̄ potuit: obtulit. Sicut itaq̄ ille: sed pax
qui de torrētis interim riuī aqua nō potest esse p̄te-
tus: donec ad fontē vberiorē puriorēq̄ perueniat.
Nec illū satis esurire credo q̄ cū cribzares panes ha-
beat nitidos expectat et cādidos. Ita z tu dilectissi-
ma soror qm̄ ego certus suz esurire nimīū te z sitire
celestia cribzares interi mādē panes: donec siligine
candētes inuenias. Exigui et turbulētī riuuli aquā
pota: vsq̄ quo fontis affluētioris aquā haurias pu-
riorē. Nec tibi interim panis noster q̄uis rustic⁹ vi-
deatur esse displiceat. Rusticus etenī panis icultior
esse videt̄: s; fortius et celeri⁹ esurientē stomachū sa-
tiat: fessumq̄ corroborat: q̄ qui siligineus videt̄ z
candidus. Nunc igit̄ dicā sermone prout valeo: et
qd̄ christianū agere cōueniat explicabo vt potuero
Cuius rei et vnde prius exordium sumā iustius non
inuento q̄ vt primū de christiano ipso vocabulo dis-
putem. et cur quis christianus nūcupetur exponā.

Explicit prologus.

Prima pars de dilectione dei

Incipit liber beati Augustini de vita christiana. Lege feliciter: operare feliciter sed consummare felicissime. Nam ut veritas ipsa testatur. Non qui inceperit: sed qui perseuerauerit usque in finem. id est usque ad mortem in bona operatione fidei christi. hic solus saluus erit.

Quod unctum interpretari sapientium et fidelium nullus ignorat. unctum vero non nisi sanctos viros et satis deo dignos semper fuisse manifestum est. nec alios quam prophetas aut sacerdotes aut reges unctos inuenimus. Et tam magnum fuit ipsius unctiois misterium ut in iudaico populo non omnes illud: sed satis pauci de plurimis mererentur accipere. et hoc usque ad aduentum domini nostri iesu christi: quem deus oleo leticie. id est spiritu sancto: pre ceteris personis suis unxit. Ex quo tempore credentes illi et baptismatis illius sanctificatione purgati non aliquantulum. sicut sub lege prius fuerat. Sed omnes in prophetis et sacerdotibus unguuntur et regibus. Cuius unctiois quales esse debeamus ammonemur exemplo ut in quibus tam sancta est unctio: sic et in his non minus sancta conuersatio. Ex sacramento enim unctiois huius et christi et christianorum omnium. id est in christo credentium vocabulum descendit et nomen. Quod nomen illi frustra sortitur: qui christum minime imitatur. Quid enim tibi prodest

Primapars.

vocari quod nō es: et nomē tibi vsurpare alienum:
Sed si chzistianū te esse delectat: que chzisti sunt ge-
re: et merito tibi chzistianū nomē assume. Aut forsi-
tan nō esse sed vocari desideras. hoc satis miserū et
fedū est te velle vocari qđ nō sis. Nemo enī ita trāsīt
ad chzistū vt chzistianus appellet et nō sit. Qui chzī-
stian⁹ dicit: chzistū se habere dñm pfitetur: et vere
habet si ei in omnib⁹ obsequat^r z seruiat. Si quomi-
nus chzisti ille nō falsus sed subsānator est z irrisor:
qui se ei⁹ seruu³ dicit: cui seruire dissimulat. Huic er-
go iudiciū geminū seruat^r z p dei subsānatione quā
sine causa deum appellauit z pro qualitate peccati.
Sed plerosq; incredulos et imprudentes z pfidos
misericordis dei lōga patiētia peccare sinit intrepī-
dos vt ex hoc peccatoz suoz nō arbitrētur vltorē
quia nō statim velit punire peccātes. Miseri z igra-
ti sue salutis improuidi q; hoc etiā deo iputāt: q; eo-
rū differat interitus: ignorantes hoc dei puidētia
duplici ratione seruari. vt et humano generi longa
eius patiētia psulat: z ne iudicetur impariēs si illico
voluerit dānare peccātes. nā si tā patiēs nō esset iā
dudū humani generis origo desisset: nec iustos de
peccatozib⁹ haberem⁹ si cōfestim de⁹ vellet punire
oēs qui peccant. Nonnullos enī scimus et legimus
qui antea aut ignorātie cecitate: aut causa perfidie:
aut adolescētie vanitate decepti multiplici et vario

de dilectione dei

pctōrum genere tenebant obnoxij et p sustentātis
 dei clementiā et potentiā postmodū cōuersi ab er-
 rore maioza adhuc opa fecisse iusticie q̄s antea pctā
 cōmiserāt. Deus enī nō donat peccata sed differt:
 nec perseuerantē pctōrem a morte liberat. sed vt vī-
 sero conuertat̄ z viuat: patiēter expectat. sicut bea-
 tus Petrus ap̄ls ait. Non tardat dñs pmissum sed
 patiēter agit propter nos: nolēs aliquos perire: s;̄
 oēs ad penitentiā reuerti. Ille em̄ te quasi pius be-
 nignus et clemēs illico expectās: idcirco nō percu-
 tit: vt tu quāta illius erga salutē tuam: pietas quāta
 clementia sit recognoscās: qui te peccatorem et im-
 piū expectare magis vult et reseruare cōuersum q̄s
 punire peccantē. sicut per prophetā ipse dominus
 loquit̄ et q̄tū velit homini mīe pietatisq; largiri p
 prie vocis benignitate depromit dicēs. Et iniquus
 si cōuertat se ab oībus iniquitatib⁹ suis quas fecit z
 custodiat mādata mea et faciat iudiciū et iusticiā in
 terra et mīam: vita viuet et non moriet̄. oīa delicta
 eius quecunq; fecit non erunt in mēoria: in iusticia
 sua quam fecit viuet. et iterum Nunquid voluntate
 volo mortē iniusti dicit adonay dñs q̄s vt auertat se
 a via sua mala et viuere eū faciā. et alibi. Iniquitas
 impij nō nocebit ei: in quacunq; die conuerterit se
 a sua iniquitate. et iterū. Cōuertimini filij reuerten-
 tes et ego sanabo cōtritionem vestram. Ecce quo-

Prima pars

modo te deus tuus vt a peccatis tuis vel sero con-
uerfus saluus esse possis et monet et puocat. Ecce
qualiter iam morti obnoxium vt viuat: hortatur: q̄ le-
uiter ⁊ clementer inuitat vt etiā peccatorib⁹ patris
non neget pietatem: et adhuc filios appellat. qui ta-
men patrem deū peccando perdidērūt sicut et ipse
se perdidisse peccatores filios alio in loco cū voce
flebili et miserabili quadam lamētatione testatur dī-
cens. Sine filiis factus sum: perdidī populum meū
propter peccata eorū. Ex hoc ergo cognosce quali-
ter te de⁹ diligat q̄ maluit viuere q̄ perire: et tu eū
contēnis et despicias: qui āplius q̄ tu ipse te diligit: q̄
te mori cupientē vult viuere. Nolo (dñs inq̄t) mor-
tē peccatorū sed vt cōuertātur et viuāt. Tu igit̄ mo-
ri voluisti peccādo: ille te viuere vult conuertēdo.
O stulte o irreuerēs et ingrāte q̄ nec in hoc deo qui
tibi vult misereri p̄sentī. q̄ te mauult sua pietate sal-
uare q̄ tuo perire peccato. Nemo igitur sibi iō blā-
diat̄ nemo se stulta et vana suspitione decipiat. ne-
mo idcirco securus delinquat et liber: quia sup pec-
catores confessim dei ira iudiciūq̄ non venit vt ex
hoc opinetur se impune peccasse q̄ non illico peri-
natur. sed hoc magis differre deū q̄ dissimulare co-
gnoscat. et irā dei peccatorib⁹ q̄ quis se tam subito et
repente venturā. sicut scriptū est. Ne dixeris pecca-
ti: et quid accidit michi triste: est enim altissim⁹ red

de dilectione dei.

dīto: paties. et sibi. Ne tardes uerti ad dñm neq̃
 differas de die in diem: subito enim ueniet ira eius.
 Quod in plerisq̃ implet: quib⁹ ob nimia peccata ⁊
 in presenti ira dei superuenit et in futuro seruatur.
 Sed hoc nemo itelligit: nemo cognoscit: nec q̃sq̃
 aduersa sustinens malis suis estimat irrogari: sed si
 quid ptulerit: cōsuetudinis poti⁹ putat q̃ criminis.
 Et idcirco deus in p̃senti nō uidet punire peccātes
 quia cū punit non agnoscit. Multi sunt enim quos
 nemo itelligit qui ob multitudinē peccatorū suorū
 iam ante iudicij diē in p̃senti etiam iudicātur. aut di
 cat michi quis si quod sacrilegiū sanguinariū / rapa
 cem / falsariū / homicidam / furem / fraudulētū / adul
 terum: ceterorūq̃ criminū reum vel in p̃senti tēpo
 re potuerit uideri longeuū. Nos enim plurimorū
 habemus exēpla p̃ que pbare sufficim⁹ sceleratos
 et impios peccatorū suorū sine cōplecto: et hoc iam
 tempore iudicari ⁊ p̃sentē eis vitā negari non min⁹
 q̃ futurā. Sed hoc ille facilius itelligi potest qui
 per diuersa tempora diuersorum iudiciū impie sce
 lerateq̃ conuersantium spectauit interitum. quorū
 quo potestas sublimior est eo ad peccādū maior au
 dacia que totū licere sibi credit q̃ potest et dū alte
 rius iudiciū nō timēt qui alios iudicāt ad peccandū
 precipites sunt. ita fit ut qui hominis nō timēt iudi
 cisi: q̃sq̃ deū sentiant iudicem ⁊ ultorem. Et quibus

Prima pars

alii qui in fontē animarū sanguinē frequēter effuderāt: ita irā dei iudiciūq; sentire vt ipsi postmodum sanguinē fundere cogerētur suū: qui fundebāt libēter alienū. Alij vero qui similia cōmiserāt sic dei indignatione pstrati sunt: vt insepulti iacerēt et escaferis et celi volucris fierēt. Alij autē qui innumerabilū hominū multitudinē iniuste peremerāt: mēbratim particulatimue ꝛcisi sunt: vt nō minor fieret cōcissura mēbroꝝ quos interfecerāt numero punitoꝝ. ꝛ quoz iudicio maritis iniuste perēptis multe effecte vidue: multi orphani patribus occisis derelicti: quib⁹ pꝛeter orbitatē etiā mēdicitas inferebat et nuditas. Nā addebant impietati et crudelitati qđ deerat: vt eozū quos fecissent occidi: spoliarēt et liberos. Nūc vero ipsoꝝ cōiuges vidue et filij orphanī alienis quotidie egent panibus. Nōne tibi videt istud testimoniū in ipsis esse cōpletū comitātis dei ac dicētis. Videte viduā et orphanū nō verabitis: qđ si verabitis eos et ipsi vociferantes clamauerint ad me: exaudiā vociferationē ipsoꝝ et irascar aīo et puniā vos gladio et erūt cōiuges vestre vidue et filij vestri orphani. O indignū nephas. o scelestissimū facinus. o nimia et nō ferenda crudelitas. Duo seuissima et atrocissima vno ppetrātur in tempore: homicidiū sit vt rapina succedat. Occidūtur mariti occidūtur ꝛ patres quo facilius vidue spoliētur et

de dilectione dei.

orphani. Et ita quisque in alterius morte cogaudet: quasi non sit et ipse quandoque moriturus. Merito ergo deus huiusmodi crudelitatis et impietatis como uetur. Merito iudicium suum in quibusdam etiam ante tempus ostendit. Merito talibus vita nec presentis nec futura concedit: quorum ut nos nec sceleratum nec impium in presentia etiam dei iudicium euadere posse estimemus amonemur exemplo. Sed hoc magis sentire nos uenit tamdiu unquamque dei patientiam sustinere quam diu nondum peccatorum suorum terminum finemque compleuerit: quo consummato eum illico percipi nec illi ullam uenturam iam referuari esse aut certum peccatorum modum atque mensuram dei ipsius testimonio comprobatur. et quod unusquisque uel celerius uel tardius prout peccatorum suorum modum expleuerit iudicetur: euidentissime demonstrat quoniam de sodomorum et gomorreorum interitu ac incendio qui sua iam peccata compleuerat: ad abraham deus loquebatur dicens. Clamor sodomorum et gomorreorum completus est et peccata eorum magna uehementer completa sunt. De amorreis uero quid dicit qui sua peccata nondum finierant quos post multos annos quam supradicte ciuitates cremate sunt: constat esse deletos. nondum impleta sunt peccata amorreorum usque adhuc: quo exemplo manifestissime instruimur et docemur singulos secundum peccatorum suorum plenitudinem consummari: tam diu ut uertantur sustineri quam diu cumulum suorum non habuerint

Prima pars

delictorum. Nemo itaq; se fallat. nemo se decipiat. malos deus nō amat. peccatores nō amat. iniustos nō amat. rapaces / crudeles / impios et iniquos nō amat. sed amat iustos / bonos / pios / humiles / innocētes et mites sicut scriptū est. Quoniā nō deus volēs iniquitatē tu es. Nō habitabit iuxta te malign⁹: neq; pmanebūt iusti ante oculos tuos. Odisti (ait dauid) oēs qui operant iniquitatē: pdes autē q loquuntur mēdaciū. Sed diceret aliq; quid est q; videmus bonos etiā perire cū malis? Respondet q; illi nō pereūt sed euadūt qui de maloz cōsortio et psecutionib⁹ liberātur: et ad requiē trāsferūtur illi plane moriūt z pereūt: quos de hoc mūdo recedētes: maioris adhuc iudicij supplicium expectat z pena. vocātur autē ante temp⁹ iusti et boni: ne diutius vexētur a noxiis. Mali vero z impij tollāt ne bonos diutius psequant. iusti de pssuris / tribulationib⁹ et angustiis vocant ad requiē. iniqui vero de luxuriis: opib⁹ z delictis rapiūtur ad penā. illi vadūt vt iudicent: isti vt iudicētur. illi vt vindicētur: isti vt in eos vindicta celebret. sicut scriptū est. Iust⁹ autē si morte poccupatus fuerit: in refrigerio erit. z iterū. Viuēs iter pctōres trāslatus est: placita enim erat deo anima ei⁹: et ideo pperauit de medio iniquitatis educere eū. et iter. Cū impij ituri essent ad mortem: illi autē sunt in pace. Vides ergo hāc solutionē corpis

7

de dilectione dei.

Iustis et dei dilectis requiē esse et nō penā: z cum dis
 solutiō liberari eos poti⁹ q̄ perire. Et idcirco ipam
 solutiōnē qui fideles sunt nō timēt nec verētur: sed
 venire magis desiderāt z exoptāt: p̄ quā sibi intelli
 gūt requiē exhiberi nō penā. Iniqui vero z impij z
 suoz scelerū cōscij eā merito naturali puidētia pt:
 mescūt: p̄ quā se nō nesciūt iudicari. qua, ppter hac
 ratōe reddita z accepta nō oportet nos oīno pecca
 re presertim cū nō ignorem⁹ peccatorib⁹ iudiciū et
 in p̄senti esse et in futuro seruari. Nec in hoc nobis
 nomine tantū q̄ christiani dicimur: blādiamur. sed
 propter hoc etiā iudicādos nos credamus si nomē
 nobis frustra vendicemus alienū. Aut si aliquis tā
 incredulus est: tā infelix: tam pertinax: tam obstina
 tus: tā audax: vt que quādoq; futura est dei iudicis
 iram: indignationēq; nō metuat. vel saltem huma
 nam cōsuetudinē erubescat: z videat q̄ brutus q̄
 insipiēs ille: et q̄ stultus ab ipsis etiā gentilibus iu
 dicetur: cui tanta est vanitas: tantaq; dementia vt
 sibi nomē vsurpet alienum. Quis enim tam vanus
 et miser est qui aduocatum secum litteras nesciat:
 audeat profiteri: Quis tam insanus et excors vt se
 profiteatur militem qui nesciat arma gestare. Ne
 mo enim quodcūq; sine causa nomen iorrit. Sutor
 vt dicatur necesse est vt calciamēta conficiat. vt ves
 cet quis faber aut artifex: artis peritiā faciat. vt ne

Prima pars

gotians nūcupetur quis carius qđ vilius emerat di-
stribuet. Huiusmodi enī exēplis agnoscimus nullū
sine actu nomē: sed esse nomē ab actu. Tu ergo quo
modo christian⁹ dixeris in quo christiani actus non
apparēt. Christian⁹ iusticie: bonitatis: integritatis:
patiētie: castitatis: prudētie: humilitatis: humanita-
tis: innocētie: pietatis est nomē. et tu illud tibi quo
modo vsurpas et vēdicas cui de tā plurimis rebus
pauca subsistūt. Christianus ille est qui nō noie tātū
sed opere est qui christū in oībus imitat et sequitur
qui sanct⁹: innocēs: incōraminat⁹: intactus est. cui⁹
in pectore malicia nō habet locū. cui⁹ in pectore so-
la pietas cōsistit et bonitas. qui neminem nouit no-
cere et ledere: sed oībus opē ferre. Christian⁹ ille ē
qui exēplo christi: nec inimicos nouit odire: sed ma-
gis aduersantib⁹ sibi bene facere: et pro psecutori-
bus suis et hostib⁹ exorare. Nā qui aliqđ ledere aut
nocere paratus est: ille mentitur se esse christianum
Christian⁹ est qui potest voce iuste dicere. Neminē
hominū nocui: iuste cū oībus vixi. Sed ne me ex
sensu proprio ista loqui quis arbitretur aut credat:
aut eū putet se facile debere cōtēnere qui sua poti⁹
volūtate q̄ legis auctoritate loquat. Jā nūc legis
ipsius cui⁹ preceptis nobis vite aditus aperitur: tā
veteris q̄ noue legis incipiā exēpla pferre. ⁊ ostē-
dere quid deus ab initio statim mūdi humanū gen⁹

de delectione dei

obseruare p̄cepit: in quo semp placatus fuit vel of-
 fensus. Lego enī post adā qui a deo prim⁹ format⁹
 est: de cui⁹ causa nūc dicendum non est. In exordio
 mūdi Cayn et Abel fratres fuisse germanos: e qui-
 bus vnus deo placuit eo q̄ iustus esset innocensq̄.
 Alter vero q̄ iniustus et nocēs: deo placere non
 potuit. Deinde interueniente t̄pe enoch satis iustū
 fuisse scriptura cōmemorat: cui tātū iusticia cōtulit:
 vt nec presentē mortē sciret: sed ad immortalitē de
 medio omniū mortalitū singulariter raperet. cuius
 monstrat exēplo vnū deo iustū plurimis peccatori-
 bus cariorē. Noe quoq̄ et ille iust⁹ cui iusticie meri-
 tū quid p̄siterit nouim⁹: vt ipsi cū suis tantū vita da-
 retur toto mūdo dānato. Abraham quid p̄ fidei et
 iusticie merita cōsecutus sit scriptura testatur: vt in
 illo tpe solus amic⁹ dei esset in terris: qui sol⁹ fuerat
 iustus inuētus. Loth vero vt pereūribus cūctis de
 sodomitanoꝝ liberet incēdio: quid aliud q̄ iusticie
 meritū fuit. Longū est nos ire p̄ singulos: et oīum
 merita recēdere. Populū iudaicū qd̄ ad se deus pri-
 mū de semine abrahe p̄ ceteris gentibus p̄tinere
 p̄optauit: quō erudierit. Quid eū vt sibi placeret fa-
 cere: quid obseruare p̄ceperit: scire nos cōuenit.
 Primo in loco q̄ derelicta regione in qua sēphabi-
 tare p̄sueuerat ⁊ optauerat patria q̄ deserta in alie-
 nā puinciā: hoc est in egiptū migrare fecit. nō sine

Prima pars

causa nec sine dei prouidētia hoc factū esse reor: sed hāc puto fuisse rationē. quia deus populū suū quē elegerat preceptis miē/ pietatis/ iusticie: ceterisq; bonis operibus cupiēs erudire: voluit eū in extera patria pro tēpore peregrinū esse et captiuū: vt captiuitatis z pegrinationis miserā disceret z laboris quo facilius postmodū misereri pegrinātib⁹ z laborantib⁹ noscet: si ipse añ pegrinationis miserias didicisset. nemo enī tā libēter peregrino miseret et ad uene nisi q̄ pegrinationis angustia et exitus nouit. nemo libētius hospitē et sine tecto libenti⁹ suo introduxit hospitio: nisi qui añ tecto indiguit alieno. nemo ita esurientē cibat: nemo sic sitientē potat vt qui sitim esuriēq; p̄pessus est. nemo tā facile nudum suis opit indumētis q̄ qui frigoris z nudimētis nouit penuriā. nemo sic tribulato et misero z laborāti succurrit vt q̄ miseriaz z tribulationū cal⁹ exptus est z laborz. Merito ergo deus miē et pietatis magister: q̄ legē postmodū erat traditur⁹ per quā populo suo miē et pietatis oīmzq; bonozū operū precepta erat traditur⁹. Voluit em̄ p^o oēs passiones: pressuras: tribulationes et angustias in terra p̄peti aliena: quo facili⁹ postea posset talia patiētibus misereri. et sic suis obtēperare mādati: vt putes eum bonū fuisse agricolā: q̄ priusq̄ semē mittat: diu terrā aratri et rastris domat. ne qd̄ illi traditurus est

de dilectione dei

semen pereat. Ita de⁹ populū suū diu ante macerat
 et domat qm̄ ei salutarīū mādatoꝝ semē impartiat
 Deniq; vt ob hāc causam hec eū pertulisse euidēt⁹
 clareat: ipsius dñi intueamur mandata dicētis. Ad-
 uenam nō verabitis nec tribulabitis eū: fuistis enī z
 vos aduene in terra egypti. et itez legimus. Deus
 magnus q̄ nō accipit psonā nec munera faciēs iudi-
 cium. p̄selitis: orphano et vidue date panē et vesti-
 mentū: diligite p̄selitū qz et ipsi peregrini fuistis ī
 terra egypti. et alibi. Si aut̄ messus fueris messem ī
 agro tuo et obliuisceris māna: non reuertaris acci-
 pere illud: p̄selito z orphano z vidue erit. Ut bene
 dicat te dñs in opibus manuū tuaz z mēozeris dñi
 qz et tu falsus eras in terra egypti: idcirco ego p̄ci-
 pio tibi verbū hoc. Unde par facile videt̄ atq; dīno
 scitur eū populū ob hāc causam cunctis afflictū fu-
 isse miseris vt misereri alteri suo doceret̄ exemplo.
 sicut scriptū est. Docuisti enī ppl̄m tuū: p̄ talia opa
 qm̄ opz iustos esse et hūanos. Qualē populū suū
 esse velit: late vt arbitroz patz et qbus possz opibus
 gr̄am p̄mereri: plurimis probat̄ exēplis. Sz ne ad
 manifestandā ei⁹ volūtatē paz videat̄ esse qd̄ dixi-
 mus legis et prophetarū precepta iungamus: z qd̄
 deo placeat: semperq; placuerit. z quid crebr⁹ fieri
 et obseruari preceperit tam veteris q̄ noue legis
 testimonijs: comprobemus. Diliges dñm deū tuū

Prima pars.

ex toto corde tuo et ex tota aīa tua et ex omnib⁹ vī
ribus tuis. Et diliges proximū tuum sicut teipsum.
Legis et pphetarū precipuū hoc mandatū esse dñi
et saluatoris nostri testimonio cōprobatur dicētis.
In his duob⁹ mādatīs vniuersa lex pēdet et pphē.
Quod rescindi nō potest nec mutari. in duob⁹ man
datīs istis oē tam legis q̄ prophetarū p̄stare precep
tum: et illū legem impleſse: qui hoc potuerit iplere.
Nichil enim a te aliud in lege veteri querit̄ q̄ vt deū
et proximū diligas. Et vere ille legis p̄sumator et
factor est: qui nec in deū nec in primū peccat. Sed
quid deū qd̄ proximū dicit diligere: p̄terire minime
ac dissimulare cōuenit. Deū diligit: qui suis in oīb⁹
mandatīs obtemperat. Deum diligit: qui leges ei⁹
ac p̄cepta custodit. Deum diligit: qui vt ille sanctus
est: et ipse se sanctificat. sicut scriptū est. Sancti esto
te sicut et ego sanctus sum: dñs deus vester. Deū di
ligit: q̄ et illud pphete dicētis iplet eloquiū. Qui di
ligit dñm odit malū. Deum diligit: q̄ non alia q̄
celestis cogitat et diuina. Deus enī nō nisi scitatis
et iusticie amator est. et ille deū diligit qui nō aliud q̄
quod deus amare videt: opatur. Quid sit enī deuz
diligere: dñi saluatoris doctrina declarat dicens.
Qui audit verba mea et faciet ea: hoc est qui diligit
me. Si ergo ille deum diligit: quicquid deus p̄cepit
facit. Ergo qui non facit non diligit. Omnis vero

de dilectione dei

qui nō diligit odit. vnde claret atq; manifestū est ab
 eis deū odiri q̄ sua mādata nō seruant. de quib⁹ pro
 phetā dixisse puto. Nōne q̄ oderunt te dñe oderam
 illos: et sup inimicos tuos tabescebam. Perfecto
 odio oderā illos: inimici facti sunt michi. Odit pro
 pheta iustus pctōres ⁊ adulteros et iniustos: et dei
 mādata spernētes. sicut ī alio loco dicit. Vidi p̄uari
 catores ⁊ tabescebā: qz eloquia tua nō custodierūt.
 ⁊ itez. Iniquos odio habui ⁊ legē tuā dilexi. Uide
 ergo q̄ iusti q̄ īregri esse debeam⁹ ⁊ scri. Quib⁹ pri
 usq; male p̄uersari nō licet s; nec mala p̄uersātes co
 gnoscere. hoc etiā beat⁹ ap̄ls evidēter oñdit: qz nec
 panes frangi cū pctōribus precipit dicēs. Si quis
 frater cognominatur inter vos et est fornicator aut
 auarus: aut ydolis seruēs: aut maledicus: aut ebrī
 osus: aut rapax. cum huiusmodi nec cibum sumere
 quidem. Sanctū itaq; populū suū deus esse voluit
 et ab omni contagione iniusticie et iniquitatis alie
 nū. Talem quippe eū esse voluit tam iustū: tā purū
 tā immaculatū: tam simplicē: vt nichil q̄ in eo gen
 tes redarguerent possen inuenire. Sancta gēs cu
 ius est dominus deus eius populus quem elegit in
 hereditatem sibi. Tales conuenit esse dei cultores
 et seruos videlicet christianos mansuetos/graues/
 prudētes/pios/irrephēribiles/īmaculatos vt q̄sq̄
 viderit eos: stupeat ⁊ admiret ⁊ dicat. vere hī homi

Prima pars. de dilectione dei

nes dei sunt z imo dii quorum talis est conuersatio
ita homo dei se exhibere debet z agere: vt nemo sit
qui eum videre non velit: qui non audire desideret.
nemo cum eum viderit dei filium esse discredat. vt
vere in eo illud propheticum impleatur. fauces ei⁹
plene dulcedinis z totus desiderabilis. Nam si se ta
lem exhibeat christianus si se talem exhibeat dei ser
uus: vt his qui demonijs ydolisque deseruiunt con
uersando fiat equalis incipiat deus per eū blasphemari
z dicetur de illo. O christianum. o dei seruum:
cuius tam neq̄ conuersatio est. cuius tam mali act⁹
tam turpis operatio. cuius vita tam impia tam sce
lestas tam luxuriosa tam sordida. et erit illius senten
tie reus. Nomen enim dei per vos blasphemant iter
gentes: sed ve illis per quos fuerit blasphematum.
deus autem a nobis nichil magis desiderat z requi
rit q̄ vt per actus nostros nomen suum magnificet
ab omnibus. sicut scriptum est in Psal. Sacrificiuz
laudis honorificabit me hoc est enim sacrificiuz qd
deus super omēs hostias querit et diligit vt per iu
sticie nostre opera nomen suum vbiq̄ laudetur et
deus verus esse seruorum suorum actu et opere cō
probetur. illi vero deum diligunt: qui non aliud q̄
vnde nomen dei glorificetur exercent. Quomodo
deus diligi debeat vt potuimus breuiter diximus

Scda pars de dilectione proximi

Nunc vero quid sit primū tanq̄ seipsum diligere vt possumus explicemus quāq̄ ip̄ius cause expositio alio in loco breuiter differatur cum dicitur. Quod tibi fieri non vis: alij ne feceris. Dominusq̄ et saluator noster iquit. Omnia que vultis vt faciant vobis homines: ita et vos facite illis similiter. Nemo ē enim qui sibi malum optet ab aliquo fieri. Ille ergo proximū suū tāq̄ seipsum diligit qui ei non mali aliquid facit: quod nec sibi vult fieri: sed si quid boni prout ipse ab omnibus recipere optat et cōsequi libenter impartitur. quia non solum hoc a christiano queritur vt malo careat: s̄ vt exerceat bonū. qui etiam si nec quid mali nec boni fecerit tamen ad eterne vite premiū non admittetur: sed gebenne mancipabitur. sicut in euangelio dominū dixisse legimus de his qui mali faciūt nichil nec boni: tamen aliquid operantur. *Discedite a me maledicti in ignem eternū quam preparauit pater meus dyabolo et angelis eius. esuriui enim et nō dedistis michi manducare. sitiui et non dedistis michi bibere: hospes fui et non suscepistis me: nudus et non vestistis me: infirmus et non visitastis: in carcere et non venistis ad me.* Non quia malum gesserūt: sed quia bonū non fecerunt: condēnantur. *Ex hoc enī q̄sq̄ prudens et sapiens recognoscat quam spem illi habere possunt qui versantur in malis: quando etiam*

Secunda pars

illis vita negatur perpetua qui malū nichil fecerunt nisi aliquid gesserint boni. Neq̄ enī hoc deus tātū querit a nobis vt mali nō sim⁹: sed efficiamur boni. Ex malis enim operibus vocātur mali. ita ecōuerso ex bonis appellātur boni. Dñi sunt quibus boni seruire vidētur et mali: bon⁹ deus cui omnes bene cōuersantes deseruiūt. Dyabolus aut̄ malus cuius quisq̄ qui male operat̄ falsus est. Nō enim a nobis hoc solū poscī vt nō viuēdo male serui esse dyaboli desinamus: sed etiam vt viuēdo bene deo seruire videamur. Nam quisq̄ qui nec malū videretur operari nec bonū: cuius seruus esse videtur ignoro. et quō a deo poterit vitam separe perpetuā: quā benefaciēdo nō meruit. Nemo inq̄ se sensu pprio decipiat et illudat. nemo se vana existimatione seducat. Quisq̄s bon⁹ nō fuerit: vitā nō habebit in eternū. Quisq̄s iusticie et misericordie opera nō fecerit: nō poterit regnare cū christo. Quisquis nō fuerit hūanus pius/hospitabilis/benign⁹/z clemēs: gehēne nō euadet incendiū. Deus malos nō amat: non diligit peccatores. Quisquis malū fecerit: inimicus est dei. Quisquis sine dolo nō fuerit: prē nō potest habere cū christo. Nichil etenim āplius est christiano querendū: nichil desiderādū magis: nichilq̄ totis viribus enitēdū q̄ vt maliciā suo excludat ex corde q̄ vt nequitiam intra pectoris sui conscientia nō ad

de dilectione proximi

mitrat: q̄ vt bonitatē teneat: iusticiā seruet: puritatē
 mentis custodiat et caritatē cū omnib⁹ amplectat.
 Esto igitur innocens si vis regnare cum christo.
 Quid tibi pdest malicia: que in mortē trahit: quid
 nequitia que prohibet regnare cū christo: que ha-
 bentē exterminat sicut scriptū est. Anima enī neq̄
 disperdet eū qui se habet. Si vis viuere audi p̄phe-
 tā qd loquat: ⁊ si regnū christi diligis audi quō illud
 merearis adipisci. Quis est homo (inquit) qui vult
 vitā: et cupit videre dies bonos: cohibe linguā tuā
 a malo et labia tua ne loquātur dolū. diuerte a ma-
 lo et fac bonū: inq̄re pacē et psequere eā. Vtuisimo
 di homines deus honorat et diligit q̄ malū nesciūt:
 qui mētiri nō norūt: quozū labia dolū nō loquūtur:
 in quibus non nisi bonitas esse videtur et puritas.
 Innocentia est que nos cōmendat deo. simplicitas
 est que nos regnare facit cū christo. Quomodo autē
 deus non nisi innocentes diligit et sibi velit esse cō-
 iunctos: testimoniis plurimis declaratur. sicut in
 psalmis scriptū est. Innocentes et recti adheserunt
 michi. et alibi dicitur. Custodi innocentiam et vide
 equitatem: quoniam sunt re: iuste homini pacifico.
 Quātū autē innocētia homini prester et cōferat etiā
 si sero seruet: p̄phete dauid testimonio cōprobat:
 qui cū grauiter ante peccasset: postea se iudicari nō
 timuit: ex quo innocētis nosse cepit sicut ipse dixit.

Secunda pars.

Judica me deus quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Sciebat ergo iam sibi non metu esse iudicia: quia innocentiam vel sero cognouerat. Et in alio loco dicit. Me autem propter innocentiam suscepisti. Suscepisti postmodum propter innocentiam deus illum: quem propter malitiam ante repulerat. Innocentes non perfidii coram deo posse manifestum est cum dicitur. Quamto tempore innocentes custodiunt iustitiam non confundentur. Nichil enim deo dignius: nichil carius esse potest: quam ut innocentia tota observatione teneatur. licet enim quis in alijs opibus deuotus appareat: si illam non habuerit sibi frustra blanditur de sua deuotione. Si illam iudeis sub veteri lege degentibus quando illis adhuc licebat inimicum odire obseruare preceptum est. Quid te nunc agere conuenit christiane qui inimicum tuum iuberis amare? quanto entis innocens non eris vel cui poteris esse malus: quam inimicis preceperis esse bonus? Sed tu forsitan et proximum odis: cui nec exterum odisse recedit: et fratrem persequeris cui precipitur amare inimicum. et christianum te esse credis: qui nec noui nec veteris testamenti precepta custodis. Sed ne sine causa te christianum estimes et de solo tibi nomine blandiaris: quales te esse oportet audi apostolum dicentem. Qui furabatur iam non furetur. magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. omnis sermo malus de ore

De dilectione proximi

uestro non procedat: sed si quis bonus ad edificati-
onē fidei ut det gratiā audientibus. et nolite tristari
spiritum sanctum dei in quo signati estis in die re-
demptionis omnis amaritudo et ira et indignatio
et clamor et blasphemia auferatur a vobis cum oī
malicia. estote autem inuicem benigni donantes in
uicem: sicut in christo deus donauit nobis. estote au-
tem imitatores dei sicut filij carissimi: et ambulate
in dilectione sicut et christus dilexit nos: et tradidit
semetipsum pro nobis in oblationem et hostiam deo
in odorem suauitatis. Impudicitia autem et omnis
immundicia et auaricia nec nominentur in vobis: si-
cut decet sanctos. Turpitudine autem stultiloquiū: aut
scurilitas que ad rem non pertinent: sed magis gra-
tiarum actio. Hoc etiam sentire quod omnis impudic⁹
aut imundus aut auarus quod est ydolorum seruit⁹
tus: non erit heres in regno christi et dei. Ille autē
merito christianū se iudicet qui hec p̄cepta custodit
qui sanctus/humilis/pudicus et iustus est: qui in mi-
sericordie et iusticie operibus conuersatur. Nunc tu
illum christianum putas: in quo christianitatis act⁹
est: in quo nulla conuersatio iusticie est: sed nequicie
impietatis et sceleris. Illum christianum putas qui
opprimat miserum: qui pauperem grauat: aut res a-
lienarum concupiscit: qui se ut diuitem faciat plures
efficit indigētes: qui lucris gaudet iniustis: qui de alie

Secunda pars

nis laboribus cibū capit: qui miseroꝝ dicitur interitū
cuius os assidue violatur mēdacio: cuius labia non
nisi indigna obscena et scelestā loquūtur ac turpia. q̄
cū iubeat distribuere sua: inuadit aliena. et talis ad
ecclesiā audēter accedit et temere et importune ex-
pādit in celū impias manus illicito raptu: et innocē-
tum cruore violatas. et ore illo polluto atq; sacrile-
go quo fuerat paulo ante aut falsa locut⁹ aut turpia
preces ad deū quasi nichil sibi cōsciū mali: fundit.
quid agis imprudēs et miser: quid te maiorꝝ pecca-
toꝝ onere grauas: quid deo p̄ter cōtēptū ⁊ iūrias
irrogas: quid ad prouocandā celerē eius irā in testi-
moniū pene tue: sceleratas ad eū porrigis manus:
ad quas ille non respicit qui non nisi sanctas et im-
maculatas sibi manus iussit offerri: quid ore illo deum
rogas quo paulo ante locutus es male: cuius quous
multiplicētur preces abhominātur: sicut scriptū ē.
Cum extenderitis manus vestras auertā faciē meā
a vobis: et si multiplicaueritis preces: nō exaudiā:
manus enim vestre sanguine plene sunt. lauamini
mundi estote: auferre nequitiam ab animabus ve-
stris. Bene igitur ille sibi conscius esse debet ⁊ cert⁹
et sue innocentie fidus qui ad deum manus extēdit
et porrigit innoxias. cum apostolus dicit. Uolo au-
tem viros orare in omni loco: leuantes sanctas ma-
nus. Ille enim ad deum merito extollit manus: ille

de dilectione proximi.

preces bone conscientie fundit qui dicere potest. tu
 nosti domine q̄s sancte / q̄ innocentes / q̄ pure sunt
 ab omni fraude et iniuria ⁊ rapina: quas ad te expā
 do manus: q̄ immaculata labia et ab omni menda
 cio libera. q̄b⁹ tibi vt michi miserearis p̄ces fundo.
 Talis enim cito meref audiri et atēq̄ penitus p̄ces
 fundat potest impetrare qđ postulat. scio enim esse
 quos ita nequitie et auaricie p̄funda caligo cecauit
 vt cū illis p̄sperere cesserit: q̄ aut pauperē p̄ potētā
 vicerint: aut infirmū virtute supauerint: aut inno
 cētē testimoniis falsis obauerint: aut furtū fecerint
 aut rapinā: deo gratias agant: quo opitulante talia
 se p̄petrasse credūt et tā iniquū deū iudicent vt pu
 tent eū scelerū suorū fuisse participē. Stulti et mi
 ri vsq̄ ad deo suis iniquitatibus excecati: vt nō intelli
 gāt deo nō posse placere qđ p̄hibet et quasi vnum
 crimen satis nō sit: nisi adhuc male sentiēdo de deo
 adiciāt et aliud. Alij vero in hoc se iustificari existi
 mant qđ de substātia pauperū exiguā elemosynam
 faciunt et de eo quoda plurimis abstulerunt: vni q̄
 dem minime largiuntur. cibatur vnus vnde plures
 esuriunt. et de multorū spoliis vix pauci teguntur.
 Non talē elemosynā deus querit: nec vult pietatē
 vni de alterius crudelitate prestari. Melius est enī
 te non facere elemosynam: q̄ vnde pauca paucis
 facias plurimos denudare: et vt vnū vestias pluri-

Secunda pars.

mos spoliare vestitos. illam elemosynam deus cō-
probat que de iustis laboribus ministrat. sicut scrip-
tum est. Honora deum de tuis iustis laboribus: et
deliba ei de tue iusticie fructibus. Nam illam abho-
minatur elemosynā et reprobatur que de lachrymis
prestatur alienis. Quid enim pdest si te benedicat
vnus vnde plurimi maledicuntur: vel quid confert
tibi illa elemosyna que de substantia prestatur alte-
rius. Reuera timendum non est q̄ deus nō habeat
vnde pauperes suos pascat nisi tu aliena diripias.
Alios autem noui quos ita insipientie et impruden-
tie tenebrosa caligo et ignorantia fallit et decipit:
vt fidem quam se habere simulant: sine iusticie ope-
ribus apud deum sibi cēseant p̄ofuturam. Et hoc
erroris genere decepti sine metu crimina nephāda
cōmittunt. dum credunt deum non criminā: sed p̄-
fidie tantum vltorem. et huiusmodi non solum seip-
sos perisse contenti sunt: sed et alios in quibus nul-
lum diuine scientie lumen est: suis nituntur laqueis
implicare. et impletur in illis saluatoris nostri sen-
tentia dicentis. Cecus si ceco ducatum prester: am-
bo in foueam cadunt. Nam si nullum crimen sed so-
la perfidia condemnatur: ergo securi peccemus et
liberi. et sine causa dedit deus mandata iusticie si so-
la sine iusticie operibus fides prodest. Unde hic tā
impius/tam scelestus/tam perfidus ignorantie er:

de dfectione proximi

roz obrepserit: scire nō possumus: nisi forte ex illis qui ex hoc exemplo in lege veteri populum seducebant & secum simul eterne morti et perpetuo tradebant interitui. de quibus scriptum est. Nolite audire sermones pphetarum qui prophetisunt vobis falsa: quoniam vani sunt ipsi et visiones a corde suo loquuntur: et non ab ore domini. Dicunt enim his qui repleuerunt verbum domini. Pax erit vobis: & omnibus qui vadunt in volūtatibus suis: omni qui vadit in errore cordis sui: dicunt. Non venient super te mala. multa quidem nobis imo totius legis testimonia aderant: quibus tam perniciosum errorem destruere ac iepelire poteramus: sed ne legentem diutius fatigemus: sufficiant pauca de plurimis.

Respōdeat ille michi cui? talis est sensus. Adam a deo factus est homo primus: statim in principio mūdi. Perfidie an peccati causa damnatus est: In quo nichil incredulitatis inuenio fuisse preter solā inobediētiam: cuius causa ille damnatus est: et omnes suo damnantur exemplo. Cayn quoq; nō perfidie causa: sed quia fratrem interemerat condēnatus est. Quid plura: vniuersus hic mundus vt diluuiio interiret: non perfidie causam lego fuisse: sed criminū. Sodoma et gomorra vt repentino crementur incendio: nullam causam incredulitatis inuenio nisi peccatorum et scelerum. quod scriptura eui

Secunda pars

denter demonstrat cum dicit. Homines sodomite mali et peccatores erant in cōspectu dei valde. Populus ille iudaicus vt tam frēq̄nter interiri videret et corripī nōne peccatorū causa prestabat: S3 diceret aliq̄s veteris legis tantū testimonia nō accipio: nisi michi et noui testamēti exempla protuleris. Accipe saphiram et ananiā quos apostolica sententia non p̄ficiē crimē: sed furti et mendaciū causa dāna uit. Forsitan dicendū est: quid ergo apostolus dicit: Arbitramur enī iustificari hoīem per fidē sine opibus legis. Ipsum qui hoc dicit. Lego hominem absentē etiā condemnasse qui vxorē patris sui accepit. Intelligenda est ergo scriptura que scientibus conuenire videt in omnibus: et nō nisi solis a quib⁹ minime intelligitur discrepare iustificari hoīem ap̄s per fidem sine operibus legis dicit: sed nō sine illis operibus: de quibus alius apostolus ait. fides sine operibus mortua est. Paulus enim apostolus de operib⁹ legis locutus est: hoc est de circūcisione carnali: et neomenia et sabbato et huiusmodi ceteris: que lex fieri ante preceperat. et iam chris̄ti tempore non erāt necessaria. Iste vero te iacobus de opib⁹ iusticie alloquitur qui non fecerit vere mortuus est: quīuis se simulat esse fidelē. Sed diceret aliq̄s illud apostoli dicētis. Corde creditur ad iusticiā: ore autē confessio fit ad salutē. Stulte hoc baptismi imple

de dilectione proximi

tur in tempore quo ut baptisaret quis sola cōfessio desideratur et fides. Nam quid tibi ipsius baptisimi lauscrum prodest si sola sine iusticia queritur fides. Baptismo enī pctā abluī fides oīm tenet. Si deinceps peccandū est: quid abluisse prodest? Audi qđ dicat dominus hominī semel sanato. Ecce sanus factus es iam noli peccare: ne quid tibi deterius eueniat. Hoc et beatus Petrus apłs manifestissime docet ei sez deterio^r aliqđ qui prius agnitā viam iusticie peccauerit euenire: cū dicit. Si enī refugientes cōinqñationes mūdi in cognitionē dñi nostri saluatoris iesu chrisi his rursus impliati superant: facta sunt eis posteriora deteriora priorib⁹. Melius enī esset eis viam nō cognoscere iusticie: q̄ pri⁹ cognitā retrosum cōuerti ab eo qđ illis traditum est sancto mādato. cōtigit enim eis illud vere puerbij. Canis reuer⁹ ad vomitū suū: et sus lota in volutabro luti. Hoc et beatus Paulus apostolus testat^r et alloquit^r hominē post baptisimi sanctificationem pristino errore peccantem nō sine ingenti penitētia p̄seruari dicēs. Impossibile est enim eos qui semel illumari sunt: gustauerūt etiam donū celeste: et p̄cipes sūt sancti spirit⁹: gustauerūt nichilomin⁹ bonū dei verbum virtuteq; seculi futuri et p̄lapsi sunt renouari rursus penitētiā. Rursus crucifigētes sibi metipso filii dei: et ostentui habentes. Quendam etiam ad

Secunda pars

saluatorem accessisse: et quid faciendo vitam eternam perciperet interrogasse euangelista testatur. cui ita a domino responsum est. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. non dixit serua tantum fidem. Nam si sola fides queritur superflue videretur mandata seruari. sed absit vt ego deum meum dicam aliquid precipisse superfluum. sed dicant hoc illi qui peccando iam filij perditionis effecti sunt et in hoc tantum solatium se habere credunt si alios secum potuerint morti perpetue mancipare. Nam si deus peccatorem non punit: vbi est illud propheticum. Uix iustus saluabitur. peccator et impius vbi parebunt. alibi. quia peccatores peribunt. et iterum. Deficient peccatores a terra et iniqua ita vt non sint. et iterum. Sicut deficit fumus deficient: sicut fluit cera a facie ignis: sic peribunt peccatores a facie dei. Nullum hic tantum incredulum et infidelem: sed peccatores audio condemnari. et saluatorem nostrum quodam locodixisse lego. Non omnis qui dixit michi domine domine: intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Utique isti christum credebant: qui etiam eum dominum nuncupabant nec idcirco illis celestis regni ianua panditur. quia illum ore quem factis abnegant confiteantur. Negari autem deum factis non minus quam verbis apostolus dixit. Deum confitentur se nosse: factis autem

De dilectione proximi

negant. et dominus in euāgelio. Multi michi dicēt
 in illa die: domine domine nonne in nomine tuo de
 monia eiecimus: et in nomine tuo virtutes multas
 fecimus. et dicam illis. Nunquā vos cognoui. Disce-
 dite a me operarij iniquitatis. vsq; adeo isti credidif
 se dicuntur vt etiam in nomine domini virtutes ope-
 rentur: nec tamen eis proderit fides. quia iusticie o-
 pera non fecerūt. Itaq; si sola fides sufficit: cur illi
 cum angelis sathane in perpetuū gehenne ignib⁹
 mancipantur: qui non perfidie causa: sed quia boni
 nichil fecerunt: iudicantur. sicut scriptum est. Et di-
 cet eis qui ad sinistram sunt. Discedite a me maligni
 in ignem eternum: quem parauit pater meus dyas-
 bolo et angelis eius. Esuriui enim et non dedistis
 michi manducare &c. Non dicit vtiq; quia non cre-
 didistis. vnde intelligi datur nō eos incredulitatis
 causa: sed propter bonorum operum sterilitate esse
 damnandos. Nemo igitur alterum decipiat: nemo
 seducat: nisi quis iustus fuerit vitam non habebit in
 eternum. Nisi quis in omnibus christi mandata ser-
 uauerit: partem non potest habere cum christo. Ni-
 si quis terrena despererit: diuina nō capiet: nisi hu-
 mana contempserit: non potest possidere celestia.
 Nec quisq; christianum se iudicet: nisi qui christi do-
 ctrinam sequitur et imitatur exemplum.

Secunda pars

lum christianum putas : cuius nunquā ullus pane saturatur esuriens. cuius potu nullius sitis extinguit. cuius mensam nemo pauper cognoscit. sub cuius tecto nec aduena nec peregrinus aliquando succedit. Cuius nemo nudus tegitur vestimentis. Cuius pauper nullus fouetur auxilio. Cuius bonū nemo sentit. Cuius misericordiam nemo cognoscit. Qui in nullo imitatur bonos : sed deridet potius et subfannat. Absit ut huiusmodi christianus dicatur. Absit ut dei filius possit appellari qui talis est. Christianus est ille qui viam christi sequitur : qui christum in omnibus imitatur. sicut scriptum est. Qui dixit se in christo manere debet sicut ille ambulauerit et ipse ambulare. Christianus ille est qui omnibus misericordiam facit. qui pauperum monetur iniuria. qui eum opprimi se presente non patitur : qui miseris subuenit. qui indigentibus sepe succurrit. qui cum meritis meret. qui dolorem alterius sicut propriū sentit. Qui ad fletum fletibus prouocatur alienis. cuius omnium communis est domus : cuius ianua nemini clauditur. cuius mensam pauper nullus ignorat. cuius dono panis cunctis offertur. cuius bonum omnes nozunt. a quo et nemo sentit iniuriam. qui deo die noctuque seruit. quæ eius præcepta indefinenter meditat et cogitat. qui pauper mundo efficit ut deo locuples

de dilectione proximi

fiat. qui iter hoies habet ingloriosus ut coram deo et angelis eius gloriosus appareat. quod in corde suo nichil videtur habere simulatum nec fictum. cuius simplex et immaculata est anima. cuius conscientia fidelis et pura est. cuius tota mens in deo est. cuius omnis spes in christo est. Qui celestia potius quam terrena desiderat. Qui humana spernit ut possit habere divina. Nam his qui hoc seculum diligunt et in presenti tempore gloriantur et complacent: audi quid dicitur. Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est deo et quicumque voluerit fieri amicus huius seculi: inimicus dei constituetur. Dic tibi soror carissima quid christianum agere conveniat prout potui explicavi. Si ergo homines generaliter qui christiani nuncupantur esse tales oportet. nunc tue prudentie est estimare qualem tu te viduam debeat exhibere: quam cunctis bene conuersantibus esse oportet exemplum. Tria autem esse viduarum genera non ignorare te credo. unum quod perfectissimum est celestique premio destinatum: quod ritu illius de euangelio vidue deo orationibus et ieiuniis die noctuque deseruit. Aliud vero quod filiorum curam habere dicitur et domus: non tanto premio dignum nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem genus est in epulis et deliciis quod eterne morti seruetur et pene. sicut scriptum

Secunda pars.

est. Viduas honora: que vere vidue sunt. Iste sunt prime que dicuntur et vere et que iubentur a tanto sacerdote. id est thimotheo honorari. Secunde sunt ille quibus non iam iubetur exhiberi honor: nec tamen vita negatur. de quibus dicitur. Que filios habent aut nepotes discant primū domū suam pie tractare et parem gratiam reddere parētibus. Ille vero tertie sunt: de quibus scriptum est. Vidua autem que in delitiis est: viuens mortua est. vnde intelligi datur non omnes viduas esse equales: nec eas deo placere que corpore tantum videntur vidue esse nō opere. Qualis autem christi vidua debet esse apostolus dicit. Que vere vidua est sperat in domino: et instat orationibus die ac nocte. Nec illud te preterire volo q̄ quando veras viduas apostolus nominat: esse demonstrat et falsas. hoc est actu: mente. conuersatione non opere. et alibi. Vidue vere et electe actum conuersationemq̄ que describit idē apostolus dicens. Vidua eligatur que fuerit vnus viri vxor: in operibus bonis testimoniū habens si filios educauerit. et subintelligitur deo si hospitem recipit: si sanctorum pedes lauit: si tribulationē patientibus subministravit: si omne opus bonum subsecuta est. Hanc esse veram viduam indicauit: cuius talia sūt opera. Illa vero quomodo se christi viduā

De dilectione proximi

dicit esse que nichil tale aliquādo operata est. Sed
 sunt aliquę vidue diuites: nobiles et potentes qui-
 bus forsitan videtur indignum: vt aut filios deo et
 non seculo educent: aut sanctorum pedes laborio-
 sos: luculentos et horridos delicatis et nitidis ma-
 nibus tangant. Sed nec digne erūt tales in futuro
 tempore sanctorum esse cōsortes: quos ita hic spre-
 uerunt. nec partem poterunt habere cū christo quē
 in membris suis suscipere noluerunt. et cuius plan-
 tas contractare manibus horruerunt: quia christū
 spernit: quicumq; eius famulos spernit: sicut ipse di-
 cit. Qui vos spernit: me spernit. Marie lachryme
 vnde christi lauerentur pedes abundarunt: nostri
 autem temporis: feminis aut viduis peregrinorum
 vnde lauentur pedes ipsa etiam fluuiialis aqua def-
 cit. Tu ergo sancta ac prudens femina ne velis imi-
 tari huiusmodi: que cum audenter male fecerint be-
 ne facere erubescunt. et confundunt iuste viuere q̄
 non sunt cōfuse peccare. et que se morti vltro obtu-
 lerunt in uite reuertuntur ad vitam. Que hominuz
 magis ris⁹: subsannationes et fabulas q̄ dei iudiciū
 pertimescunt. et quibus carius est miseris homini-
 bus placere q̄ christo. Sed esto talis qualem te do-
 minus esse precepit qualem apostolus iubet exhibe-
 re christo viduam. Esto inq; sancta: humilis et qui-



Scda pars de dilectione proximi
eta. misericordie et iusticie opera semper indefinē-
ter exerce. et quisquis te in opprobriū habeat quis-
qz te subsannet et irrideat. Tu tantum deo placeas
et que christi sunt geras. Ante omnia incessabiliter
domini dei tui meditare mandata. Orationibus et
psalmis instanter incumbe: vt si possibile sit nemo
te aliquando nisi aut legentēz inueniat: aut orantē.
Et cum fueris talis nostri memento: qui te tantum
diligimus vt quod presentes prestare nō possum?
conferamus absentes.

ExPLICIT liber beati Augustini episcopi
De vita christiana. Impressus parisijs in
Bellouisu per magistrum Suidonē Mer-
catorē. Anno dñi Millesimo quingentesimo
Die. ix. Januarij.





11
mc
456